



UANL

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVA
ESPANA
BT620
M36
c.1
SECCION GENERAL DE BIBLIOTECA

Gregory


BT620

C. I.

A close-up photograph of a person's hand holding a small, dark, cylindrical object, likely a cigarette or a small electronic device, between the thumb and forefinger. The hand is positioned in the lower foreground, while the background is heavily blurred, showing indistinct shapes of what might be a room or a hallway.



1080024431



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ROMAE

EX TYPIS PAULI VESPASIANI
Via del Governo Vecchio, 32-33

1903

MANUALE
AD USUM SACERDOTUM
qui facultate benedicendi Scapulare coeruleum
IN HONOREM
B. MARIAE V. IMMACULATAE
A. P. PRAEPOSITO GENERALI CC. RR.
DONATI SUNT
Accedunt ejusdem Scapularis brevis historia
et quedam documenta
ad confraternitatem Imm. Concept. spectantia
ET INDULGENTIARUM ADNEXARUM

CATALOGUS

Méjico, 29 de Mayo de 1907.

Este documento es auténtico y
puede hacerse uso de la gracia en lo
que se ha convenido, segun las condiciones que
se expresaron en el decreto del Hno. Ds. Arzobis.
po. Oax. fe.

Gerardo M. Hennera



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

106513

3

D. FRANCISCUS DE PAULA RAGONESI
CONGREGATIONIS CLERICORUM REGULARIUM
PRAEPOSITUS GENERALIS

Dilecto Nobis in Christo

Reverendo Domino

Emeterio Valverde Tel.
lez Canónico in Diocesi
Mexicana.

I. Qum nostrae Congregationis ratio
eo spectet potissimum ut DEI O. M. Bea-
taeque Virginis MARIAE sine labe con-
ceptae, ejusdem Congregationis patronae
praecipuae, cultus apud Christifideles om-
nes ubique terrarum innotescat, ac ma-
gis magisque adaugeatur, et quum Apo-
stolicae Sedis gratia nobis potestas facta
sit parvis coerulei coloris scapularibus
in honorem Deiparae Immaculatae rite
benedicendi, atque ea Christifidelibus im-
ponendi, itemque eamdem facultatem aliis
Sacerdotibus communicandi; hinc Nos
ad Dei Omnipotentis gloriam, et ad Virgi-
nis Matris sine labe conceptae observan-

Méjico, 29 de Mayo de 1907.

Este documento es auténtico y
puede hacerse uso de la gracia en lo
que se ha convenido, segun las condiciones que
se expresaron en el decreto del Hno. Ds. Arzobis.
po. Oax. fe.

Gerardo M. Hennera



FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

106513

3

D. FRANCISCUS DE PAULA RAGONESI
CONGREGATIONIS CLERICORUM REGULARIUM
PRAEPOSITUS GENERALIS

Dilecto Nobis in Christo

Reverendo Domino

Emeterio Valverde Tel.
lez Canónico in Diocesi
Mexicana.

I. Qum nostrae Congregationis ratio
eo spectet potissimum ut DEI O. M. Bea-
taeque Virginis MARIAE sine labe con-
ceptae, ejusdem Congregationis patronae
praecipuae, cultus apud Christifideles om-
nes ubique terrarum innotescat, ac ma-
gis magisque adaugeatur, et quum Apo-
stolicae Sedis gratia nobis potestas facta
sit parvis coerulei coloris scapularibus
in honorem Deiparae Immaculatae rite
benedicendi, atque ea Christifidelibus im-
ponendi, itemque eamdem facultatem aliis
Sacerdotibus communicandi; hinc Nos
ad Dei Omnipotentis gloriam, et ad Virgi-
nis Matris sine labe conceptae observan-

tiam in dies propagandam augendamque, et ad uberiorum animarum emolumenatum Tuis precibus lubenti animo annuimus, Tibique per has literas manu nostra subscriptas, et nostrae Congregationis signo munitas (*iis tantum in locis in quibus nostrae Congregationis domus non existant*) praedictis parvis scapularibus, juxta propositas regulas, benedicendi (1) cum adnexis indulgentiis, eaque Christifidelibus imponendi, eisque plenariam indulgentiam in mortis articulo (2) impertiendo facultatem in Domino concedimus. (3)

II Insuper, auctoritate a SS.mo D. N. Leone PP. XIII. per Breve diei 20 Aprilis 1894 Nobis ac Successoribus nostris perpetuo tributa, Tibi perlaudabili zelo in Deiparam flagranti, potestatem facimas parvas coronas precatorias ab Immaculata Concepcione benedicendi (4) easdemque

(1) Pro ritu benedicendi vid. pag. 7.

(2) Pro formula impert. hujusm. Indulgent vid pag. 9.

(3) Quoties potestas benedicendi et imponendi coeruleum scapulare sacerdoti aliquo munere fungenti (nempe Episcopo, Parrocho, Rectori, Confessario etc.) per verbum pro tempore concedenda fuerit, intelligatur facta ad annos decem.

(4) Pro hujusmodi benedictione nulla adhibetur formula, sed sacerdos facultate donatus super Coronas signum crucis tantum describit.

indulgentias comunicandi, quas Christifideles lucrificiunt, qui preces descriptas in hoc libello recitare solent. (1)

Datum Romae ex notris aedibus Sancti Andreae Apostoli De Valle die 12 Iunii 1903

Vigore praesentium conceditur Oratori facultas delegandi altum Sacerdotem, tum ut sibi Sacrum scapulare imponat, tum ut Cristifidelibus, sacro jam scapulari indutis, indulgentiam plenariam (cum in articulo mortis constituti fuerint) impertiat.

F. Negonei Praep. gen lis



J. A. Giroto Securus
Expensas L. 2.

(1) Vid pag. 30 Utentes autem his parvis coronulis indulgentias supradictas lucrificiunt per simplicem recitationem duodecim salutationum angelicarum, trium Patrum, et trium Gloria.

MONITUM

PRO DUABUS CAPPELLANIIS ERIGENDIS

Incepta est collecta pro duabus cappellaniis perpetuis. Quilibet ergo adscriptus ad habitum coeruleum qui semel donaverit eleemosynam unius libellae pro earum fundatione (1), particeps fiet fructus duarum Missarum, quae quotidie celebrantur ad altare privilegiatum Archisodalitatis in Ecclesia S. Andreae de Valle, altera pro vivis et altera pro defunctis.

(1) Mittenda est charta summaria carolina vaglia (seu un mandat sur la poste) ad Patrem Generalem Theatinorum apud S. Andream de Valle, Romas.

Ritus benedicendi et imponendi Scapulare coeruleum in honorem CONCEPTIONIS BEATAE MARIAE VIRGINIS IMMACULATAE, quod a Clericis Regularibus, Theatinis nunupatis, ex speciali privilegio CLEMENTIS PAPAE X distribuitur, a CLEMENTE XI approbatu anno 1710.

Qui suscepturus est Scapulare genitaculat, et Sacerdos superpelliteo et stola alba indutus, capite detecto, dicat absolute :

¶. Adjutorium nostrum in Nomine Domini.

¶. Qui fecit coelum et terram.

¶. Dominus vobiscum.

¶. Et cum spiritu tuo.

OREMUS. Domine Iesu CHRISTE, qui tegimen nostrae mortalitatis induere dignatus es, tuae largitatis clementiam humiliter imploramus, ut hoc genus vestimenti, quod in honorem et memoriam CONCEPTIONIS BEATAE MARIAE VIRGINIS IMMACULATAE nec non ut illo induti exorent, in hominum pravorum morum reformationem institutum fuit, bene dicere digneris, ut hic famulus tuus, qui eo usus fuerit, (vel haec famula tua, quae eo usa fuerit) (1), eadem Beata Maria Virgine intercedente, te quoque induero mereatur (2). Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

Postea Sacerdos nihil dicens aspergit scapulare (vel Scapularia) aqua benedicta : deinde illud imponit dicens :

Accipe Frater (vel Soror), Scapulare CONCEPTIONIS BEATAE MARIAE VIRGINIS IMMACULATAE, ut ea intercedente, veterem hominem exutus (vel exuta), et ab omni pec-

(1) Si plures suscepturi sint dicatur: hi famuli tui, qui eo usi fuerint (est) has famulas tuas, quae eo usse, fuerint.

(2) Vel: mereantur.

catorum inquinamento mundatus (*vel* mundata), ipsum perferas sine macula et ad vitam pervenias semperiternam. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Si plures sint, dicat in principio super omnes: Accipite fratres (*vel* sorores) etc. in numero plurali.*

Postea subjungit: Et ego, ex facultate mihi concessa, recipio te (*vel* vos) ad participationem bonorum omnium spiritualium, quae in Clericorum Regularium Congregatione, ex gratia Dei, sunt, et quae per Sanctae Sedi Apostolicae privilegium concessa sunt.

In nomine Patris , et Filii , et Spiritus Sancti  Amen.

Dicat trina vice, flexis genibus, Orationem sequentem vulgari sermone una cum adscriptis:

Laudes ac gratiae sint omni momento Sanctissimo ac divinissimo Sacramento (1).

Benedicta sit Sancta et Immaculata Conceptio Beatiae Virginis Mariae Matris Dei (2).

N. B. Hortetur fideles ut haec elogia saepe saepius repeatant.

Nomina Christifidelium, qui S. Scapulare receperunt, inscribantur in parvo Regesto authentico, nuper edito, quod, cum ad numerum 500 pervenerit, remittendum est ad P. Generalem Theatinorum Romae, ut in Archivio Sodalitatis Primariae, pro validitate inscriptionum, asservetur.

(1) Indulg. 100 dier. Decr. Pii VII 30 jun. 1818.

(2) Indulg. 300 dier. Brev. Leonis XIII 10, Sept. 1878.

FORMULA

Ad imperiendam indulgentiam plenariam in articulo mortis christifidelibus coeruleum scapulare gestantibus a sacerdote, qui facultatem habeat benedicendi et imponendi Scapularia corrulea, uti concessit SS. D. N. Leo PP. XIII, litteris in forma Brevis diei 7 Julii 1882.

Y. Adjutorium nostrum in nomine
Dni. R. Qui fecit caelum et terram

Ant. Ne reminiscaris, Domine, de-
licta famuli tui, neque vindictam su-
mas de peccatis eius.

Kyrie eleison. Christe eleison. Ky-
rie eleison.

Pater noster: *secreto.*

Y. E: ne nos inducas in tentatio-
nem, R. Sed libera nos a malo. Y. Salvum fac servum tuum, R. Deus
meus, sperantem in te.

Y. Domine, exaudi orationem meam
R. Et clamor meus ad te veniat. Y.
Dominus vobiscum. R. Et cum spi-
ritu tuo.

Oremus.

Clementissime Deus, Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis, qui neminem vis perire in te credentem atque sperantem, secundum multitudinem miserationum tua-
rum respice propitius famulum tuum
N., quem tibi vera fides et spes chri-
stiana commendant: visita eum, in
salutari tuo, et per Unigeniti tui
passionem et mortem omnium ei da-
dictorum suorum remissionem, et
veniam clementer indulge, ut eius
anima in hora exitus sui te iudicem
propitiatum inveniat, et in sanguine
eiusdem Filii tui ab omni macula ab-
luta, transire ad vitam mereatur
perpetuum. Per eundem Christum
Domum nostrum. Amen.

Tunc, dicto ab uno e clericis ad-
stantibus: Confiteor, Sacerdos dicat:
Misereatur ac detine:

Dominus noster Jesus Christus Fi-
lius Dei vivi, qui beato Petro Apo-
stolo suo dedit potestatem ligandi
ataque solvendi, per suam piissimam
misericordiam recipiat confessionem
tuam, et restituat tibi stolam primam,
quam in baptismate recepisti: et ego,
facultate mihi ab apostolica sede tri-
buta, indulgentiam plenariam et re-
missionem omnium peccatorum tibi
concedo, in nomine Patris, + et Filii,
et Spiritus Sancti, Amen.

Per sacrosanta humanae repara-
tionis mysteria remittat tibi omni-
potens Deus omnes praesentis et fu-
ture vitae poenas, paradisi portas
aperiat, et ad gaudia semperiterna per-
ducat. Amen.

Benedic te omnipotens Deus Pa-
ter, + et Filius et spiritus San-
ctus. Amen.

Si vero infirmus sit morti pro-
ximus, ut neque confessio gene-
ralis, neque precum tempus sup-
petat, statim ei indulgentiam im-
periatur dicens: Dominus noster,
etc.

Et si mors proxime urgeat dicat:
Indulgentiam plenariam et remis-
sionem omnium peccatorum tibi con-
cede, in nomine Patris, + et Filii,
et Spiritus Sancti. Amen.

SCHEDULA

PRO

JEJUNIO PERPETUO IN HONOREM IMM. CONCEPT B. M. VIRGINIS

Beatae memoriae GREGORIUS PAPA XVI plenariam Indulgentiam et omnium peccatorum remissionem in Domino concessit utriusque sexus Cristifidelibus, qui semel in anno statuta die in honorem Immaculatae Conceptionis Sanctissimae Virginis Mariae jejunaverint, ac sacramentaliter confessi et rite culpis expiati ad sacra synaxim accesserint, ecclesiam Clericorum Regularium, vel aliam, ni adsit, in qua altare ejusdem purissimae Virginis extet, pie visitaverint, ibique aliquandiu juxta mentem Summi Pontificis oraverint. Quare hic schedula adjungitur, quae Romae a Clericis Regularibus distribuitur, ut sacerdoti scapularibus benedicendi facultatem habenti p[re]ae oculis sit archetypus, quo facilius piissimam hanc praxim apud omnes propagare valeat.

SCEDULA jejunii perpetui ab immemorabili tempore in varia Orbis terrarum loca a Clericis Regularibus innecti in honorem Immaculatae Conceptionis Sanctissimae Virginis Dei Genitricis Mariae.

N. N.

jejunium statuit servare die

dummodo dies dominica, aut festa non sit, quo in casu in crastinam, vel commodiorem quo cito fieri poterit, rejiciatur. Id etiam si infirmitatis, sive legitimi cuiusvis impedimenti causa obtineat.

Si quis autem post sodalis obitum hanc inveniat schedulam, eam ad Clericos Regulares deferat, vel curet, ut alter onus idem suscipiat.

BREVIS HISTORIA

SACRI COERULEI SCAPULARIS CUI CLERICI REGULARES BENEDICTIONEM
IMPERIUNT

Praeclarum ac plane singulare studium, quo bene morati Christifideles sacrum Beatissimae Virginis Deiparae scapulare induere flagrant in expressum erga ipsam grati animi obsequii et pietatis testimonium, eidem semper mirum in modum acceptissimum fuisse, explorata atque evidens res est. Id enim factorum claritate, historiae monumentis, apostolicis literis, et pia fidelium fere omnium consensione satis superque comprobatur. Jam vero inter tot ac tanta isthaec religiosis et virtutis opera, quaeque innumeris prope modum indulgentiis ditantur, illu deincequidem extremo habendum loco minime est, immo vel maxime eluet, sacrum nempe scapulare gestandi, quod in honorem Virginis sine labe conceptae, a sacerdotibus ad id facultatem habentibus benedictum, fidelibus imponitur.

Hunc coerulei scapularis usum instituit primo ac mirifice propagavit venerabilis Dei famula Ursula Benincasa, Oblatarum et Eremitarum a Congregatione Theatina fundatrix, cuius quidem sanctimonia, quamplurimis, iisque acerbissimis, purificata experimentis, absancto Philippo Nerio meritis laudibus exornata est, et cuius admirabiles virtutes heroico gradu peractas immortalis memoriae Pius Papa VI, decreto diei 7 Augusti anni 1793, apertissime declaravit. Haec autem sanctimonialis, ardentissima Dei caritate, ejusque gloria, hominumque salute vehementer incensa, frequentissimis rapiebatur extasibus. Quo factum est, ut die Purificationis Beatissimae Virginis festo, visu contemplari promerita sit Deiparam ipsam albo contectam indumento, coeruleo altero superposito, unigenitum

infantem ulnis amplectentem, et virginum choro eadem vestimentorum forma indutarum comitata, quae Ursulam hisce verae, amantissimaeque matris verbis affata est: *Eja age, Ursula, ut flere desinas tandem, et suspiria cum purissimo cordis gaudio commutes, quae meus tuusque Jesus, quem gremio complector, dicturus est, attentissime audias.* Haec dulcissima Deiparae dicta divinus subsecutus est Filius, eique aperuit: *sacram erenum extruendam esse, in qua eremitarum more sub Immaculatae Conceptionis Mariae titulo tres et triginta degerent virgines, eaque forma et colore induerent habitum, quo tunc ipsam Deiparam uti admirabatur, praeclaras gratias, ac spiritualia bona quam plurima se daturum spondens hoc vitae genus impense ineuntibus, eaque omnia sedulo impletibus, quae in eremo sibi deinceps praescriberentur.* At venerabilis Ursula non hoc tantum, sed illud etiam precata est, ut eadem ferme beneficia iis etiam largiretur Deus, qui in saeculo morantes Virgini Matri obsequia sincero ac fidei animo profitentes, et caste, juxta cujusque status obligationes, vitam obeuntes parvum coerulei coloris scapulare gestarent. Atque ut interea se voti compotem intelligeret, adhuc extasi suavissima perdurante, nonnullos intuita est angelos, qui scapularia haec ingenti quidem numero et copia super terram huc illuc diffundentes advolitabant.

Itaque sanctimonialis virgo suis ipsa manibus parva coepit scapularia efformare, eaque Cristifidelibus distribuere, quae a pio quodam sacerdote benedicta magna sane reverentia et obsequio ferebantur. Quo vere magis in dies augebatur pietas non modo, verum etiam pietatis fructus, eoque vel maximo spirituali gudio, atque intima cordis laetitia replebatur uberrime, simulque ante obitum suum digna omnino habita est,

quae cultum hunc universo receptum, ac plane constitutum videre posset.

Meliorem praeterea adepta vitam venerabili sanctimoniali, in eo totae fuerunt superstites filiae, ut, se ipsas aemulantes, matrem imitari studuerint in horum scapularium diffusione, adeo ut laudabilis ejusmodi usus generalis communisque in ampla Urbe Neapoli haberetur; quamobrem Clerici Regulares, qui eremum a Sorore Ursula poshac nuncupatam moderantur, cum a Sede Apostolica Constitutionum ac Regularum Congregationis illius approbationem nacti sint, ab eadem Apostolica Sede ad id muneric vocati fuere, sacris nimirum scapularibus benedicendi, eaque distribuendi prout sanctimoniales Venerabilis Ursulae antea peragere consueverant.

Hoc clarissime elucet ex literis apostolicis in forma Brevis, fel. rec. Clementis Papae X, quae ita habentur: *Praeterea predictis Clericis Regularibus, Theatinis nuncupatis scapularia parva coerulei coloris hujusmodi benedicendi, illaque Cristifidelibus, sicut praemittitur, distribuendi licentiam et facultatem tenore praesentium tribuimus et impertimur.* Monendum itaque est, tum Cristifideles spiritualibus gratiis, indulgentiis ac privilegiis sacro scapulari adnexis fruitorum, cum benedictum impositumque sit a quocunque Congregationis Theatinae sacerdote, vel a quovis cleri saecularis aut regularis presbytero, cui ab ejusdem Congregationis Generali Praeposito facultas et potestas facta fuerit, ut videre est in apostolicis literis in forma brevis, eidem datis die XIX Septembris an. 1851 a fel. rec. Pio PAPA IX, quae sic se habent: *Itaque... tenore praesentium literarum Praeposito Generali Clericorum Regularium, Congregationis Theatinorum nuncupatorum, nunc et pro tempore exi-*

stenti facultatem facimus, cuius vi quemlibet sacerdotem saecularem vel regularem delegare valeat ad effectum benedicendi, et distribuendi Sacra Scapularia B. M. V. a Conceptione Immaculata, prout sacerdotes dictae Congregationis benedicere ac distribuere solent.

Praecipius autem scopus eorum, qui sacrum suscipiunt scapulare, eo spectat, ut scilicet Deum Optimum Maximum enixis exorent precibus ad hoc ut pravi reformatur mores, perversique homines ad bonam frugem tandem aliquando adducantur. Neque vero ad id peragendum appositae jubentur preces, sed vel ferventi fidelium observantiae, vel prudenti spirituum moderatoris arbitrio relinquunt cautum est quodnam precum seu afflictionum genus ineant, quodque placitum sibi, divinaeque placationi obtinendae aptum magis et opportunum Beatissima Immaculata Virgo efficiendum inspiret. Atque hic pariter monendum, nulla prorsus culpa aut poena eos, qui hanc proxim omiserint, irretiri; sed hoc in casu bonis spiritualibus tantummodo destitui quae ad ea lucranda, praescriptis operibus junguntur, sacrum nempe scapulare gestandi semper, precesque Deo porrigiendi justa mentem Summorum Pontificum, qui indulgentias hujusmodi elargiti sunt. Quod si quis brevem et cuique aptam methodum exquirat, parva corona utatur, scilicet quotidie angelicam salutationem duodecies in peculiarem duodecim privilegiorum Beatissimae Virginis honorem, ac ter *Pater noster*, terque *Gloria Patri* in honorem Sanctissimae Trinitatis humillime recitet, sicuti sancto Andreae Avelino moris erat, omnibusque ut id agerent, solerter suadere curabat. (1)

Praeter enunciata pietatis opera tria etiam neces-

(1) Vide pag. 50

saria sunt: 1. Animae a peccatis omnibus mundities: 2. virtutum exercitatio: 3. Perseverantia in iis erga Beatam Virginem Immaculatam operibus peramanter excolendis: ait enim Bernardus: *Perseverantia sola meretur coronam..* (1)

Scapulare Immaculatae Conceptionis panno aut sagulo (nonnisi ex lana) coerulei coloris efformetur, opus est, uti ex literis apostolicis constat, eo quia scapulare sanctimonialium eremitarum Congregationis Theatinae ita extruitur, quemadmodum venerabilis Fundatrix Ursula Benincasa instituit ac jussit. Quae panno, vel sagulo conjungi solet B. Mariae Virginis Imago, ornamenti loco habenda est, ut Cristifideli pietas magis magisque excitetur. Scapulare autem semper super humeris gestetur oportet, ita ut anterior pars ex humeris ad pectus, posterior ad humeros descendat, quemadmodum ipsa *scapularis vox* significat. Obsoleto denique scapulari benedicto, novum, quo cuique uti necesse est, nova non indiget benedictione.

Atque hic coronodis loco addemus, sanctum Ecclesiae Doctorem, Episcopum s. Aghatae Gothorum et Congregationis Sanctissimi Redemptoris fundatorem, S. Alphonsum Mariam de Ligorio in aureo opusculo, cui titulus: *Le Glorie di Maria* (2) christifideles omnes studiosissime hortari, ut sacrum scapulare sumant atque induant, utpote Beatissimae Virginis obsequium gratissimum: ita enim ostenditur fideles ejus dulcissimo coltui mancipari, et ad inclytam Dei Genitricis familiam pertinere: *Quae, ut inquit Sanctus Andreas Cretensis, cum sit munificentissima, solet maxima pro minimis reddere.* (3)

(1) Epist. 129.

(2) Par. 2 obs. 6.

(3) Orat. 2. de dermit. Virg.

OMNIUM INDULGENTIARUM PLENARIARUM QUAE IN CATALOGO
CONTINENTUR ABSOLUTA DEMONSTRATIO.

Cum plerique dubium fuerit visum ex ipsa rei magnitudine tantum Indulgentiarum pleniarum adesse Scapulari Coeruleo Immaculatae Conceptionis, ad veritatem documentis firmandam afferenda putamus, quae ad rem in **Monitore Ecclesiastico** (auctore **Emo ac Rmo D. Cardinali Casimiro Gennari**) Vol. X, Par. 2. Anno XXIII, Fasc. 9, Romae edito, die 30 Novembris 1898, in pag. 205 leguntur, quaque latine versa hujusmodi sunt,

§ 40.

Utrum authenticae sint concessiones quamplurium indulgentiarum pleniarum gestantibus Scapulare mac. Concept. B. Mariae V., et recitantibus sex Pater, Ave, et Gloria.

Praeponitur. In Libro S. Alphonsi Mariae De Liguori, cui titulus « *Le Glorie di Maria* », in VI §, quum agatur de variis obsequiis devotionis, etc., ista, quae sequuntur, habemus: « Sciendum praesertim est, scapulari Immaculatae Conceptionis cui benedicitur a PP. Theatinis, praeter quamplures Indulgentias peculiares, additas esse Indulgentias omnes cuivis Religioso Ordini, pio loco, et homini olim concessas. Et praecipue, sex *Pater, Ave et Gloria* ad honorem SS. Trinitatis et Mariae Immaculatae recitantes lucrantur *toties quoties* indulgentias omnes Romae, Portiunculae, Galitiae, Jerusalem, quarum pleniarum numerus summam quingentarum et quinque ac triginta (535) contingit, praeter *temporarias*, quae innumerabiles multitudine sunt ».

Quaeritur nunc utrum iste pleniarum indulgen-

tiarum thesaurus, lucrandarum *toties quoties*, fulcitur authenticis documentis, nec ne.

Respondemus. Quod has concessiones maxima cura scrutati sumus, si enim authenticitate gauderent, immensurabilem thesaurum efficerent: Quaerentibus autem et perscrutantibus diligentissime ista appa- ruerunt.

Romani Pontifices plurimas olim concessere indulgentias, quas postea vel coegerunt impositis limitibus, vel penitus revocarunt, et has inter ultro enumerandas illae sunt, quae Scapulare Immaculatae Conceptionis Mariae Sanctissimae attingunt. Decretum — *Prae- cipuas inter* — Clementis Papae XI, die Februarii vigesimoquarto datum, Anno 1712, et a *Ferraris* relatum (v. *Indulgientia*, art. IV, n. 21), examen singulare constituit circa indulgentias, quae Scapulari Immaculatae Conceptionis tradebantur annexae, easque ad exiguum dedit, reliquas ceterasque statuens abolitas fuisse, et inter prohibitos eos habendos esse libros, qui de his facerent mentionem, (cujusmodi decernitur ille, quem Theatini PP. anno Domini 1711 Veronae proelis mandarunt).

Indulgentiae autem, quae illo in Decreto Clementino authenticae tenentur eidem Scapulari annexae, reducuntur ad Plenariam die impositionis Scapularis, idem in articulo mortis, idem in festo Immaculatae Conceptionis. De Plenariis hue usque. Temporariae autem habentur in singulis festis Beatae Mariae virginis singulae septem annorum ac todidem quadraginarum, praemissis Sacramentis Poenitentiae et Eucharistiae, visitatione Templi, et precibus pro summo Pon- tifice, lucrandae.

Patet hoc Decreto reliquas Indulgentias subrutas fuisse, quae illud Scapulare ferentibus vel concessae

vel tributae olim fuerunt, nec exceptas, quae dicuntur: *toties quoties*, recitationi *Pater, Ave et Gloria* adnexas.

Hae tamen Indulgentiae omnes authentico S. Congregationis Indulgencie Decreto diei 14 Aprilis anno 1856 dato: in *Tertii Ordinis S. Francisci*, N. 374, approbato et confirmato a S. M. Pii Papae IX rursus vixerunt. Haec autem sunt verba Decreti

- « II. An sodales Scapularis Caerulei Immaculatae Conceptionis recitando sex *Pater Ave et Gloria* in honorem SS.mae Trinitatis et Deiparae Virginis Immaculatae, orando pro haeresum extirpatione, exaltatione Sanctae Matris Ecclesiae, atque Christianorum Principum pace et concordia omnes lucrificant Indulgentias septem Basilicarum Romae, Portiunculae, Jerusalem et S. Jacobi de Compostella?
- « R. Affirmative.

- « III. An Indulgentiae, de quibus in superioribus dubiis, lucentur *toties quoties*, et an in quocumque loco preces istas fuderint?

- « R. Affirmative iuxta votum consultoris nempe servato Decreto S. Congr. die 7 Martii 1678, approbato ab Innocentio XI, cuius initium: — *Delatae saepius*.

- « IV. An ad easdem lucrandas Indulgentias recitare sufficiat sex tantum *Pater, Ave et Gloria*, ita ut necesse minime sit alias preces addere, prout in Indulgenciarum concessionibus atque rescriptis ordinari per aliquod temporis spatium juxta intentionem Pontificis, seu pro haeresum extirpatione, exaltatione S. Matris Ecclesiae, atque Christianorum Principum pace et concordia etc. injungi consuetum est? R. Affirmative.
- « V. An ad memoratas Indulgentias, de quibus sci licet in dubio consequendas, necessaria sit Sacra-

« mentorum Poenitentiae et Eucharistiae susceptio?

« R. Negative.

« VI. An denique hae ispaes Indulgentiae omnes ani-

« mabus in Purgatorio detentis applicari possint?

R. Affirmative.

Decretum diei 7 Martii 1678, cui innuitur quodque incipit verbis « *Delatae saepius* » Indulgentias Romae proprias respicit, atque ita decernit.

« Indulgentias vero Stationum Urbis, quae a Romanis Pontificibus singulari quodam beneficio vel comunicatae sunt, vel communicabuntur interdum aliquibus locis, Ordinibus, aut personis, diebus tantum Stationum in Missali Romano descriptis, suffragari posse declarat; semel autem dumtaxat in die plenariam indulgentiam in certos dies ecclesiam visitantibus concessam, vel aliud pium opus peragentibus lucrificeri ».

Quibus documentis elucet:

a) Ferentes Conceptionis Immaculatae scapulare quum recitent sex *Pater, Ave, et Gloria* ad honorem SS.mae Trinitatis et SS.mae Virginis Immaculatae comparare sibi indulgentias omnes Septem Basilicis Urbis adnexas, itemque Portiunculae, Jerusalem, et S. Jacobi in Compostella.

b) Hujusmodi indulgentias posse *toties* comparare, *quoties* ab iisdem sex *Pater, Ave, et Gloria* recitentur. At quoad indulgentias Stationibus Urbis adnexas, tantummodo diebus Stationum in Missali Romano descriptis, una dumtaxat indulgentia plenaria quoque die comparatur.

c) Ad has Indulgentias lucrandas necessarium non esse adire SSma Sacraamenta Poenitentiae et Eucharistiae, quum satis sit mortali culpa carere, et in eo, qui *status gratiae* dicitur, permanere.

d) Nec opus esse alias addere preces pro extirpa-

tione haerem, pro S. Matris Ecclesiae exaltatione, pro pace et concordia Christianorum Principum, quum satis sit hos fines in mente habere dum sex Pater Ave et Gloria recitantur.

e) Praenotatas denique indulgentias ad modum suffragii pro animabus in Purgatorio detentis posse adhiberi, et applicabiles esse.

Ac ne dubium ullum labefactet authenticitatem Decretorum, de quibus est sermo, singula, quae sunt exposita authentico confirmantur Summario Indulgentiarum quae conceduntur gestantibus scapulare Immaculatae Conceptionis aut a PP. Theatinis benedictum, aut a quovis cui potestatem benedicendi Rmus Praepositus Generalis Theatinorum largiatur.

Hoc autem Summarium Gregorius Papa XVI felicis recordationis die 12 Julii Anno 1845, intemque Pius IX sanctae memoriae Summus Pontifex, die 7 Julii Anno 1850, comprobarunt, descriptum et insertum habetur in Collectione, cui titulus « Rescripta Authenticæ S. C. Indulgenc. », auctore R. P. Schneider Societ. Jesu, ejusdem S. C. Consultore.

Haec porro sunt ejus verba Summarii, quae in pag. 577 leguntur.

« Insuper si quis recitet sex *Pater*, *Ave*, et *Gloria* in honorem SS. Trinitatis, et B. Mariae Virginis sine labe Conceptae, orando ut dignetur Deus Sanctam Catholicam Ecclesiam triumphis quotidie augere haereses extinguere, pacem et concordiam inter christianos principes fovere, universas sibi comparat Indulgentias septem Urbis Basilicarum, Portiunculae, Jerusalem, et S. Jacobi Compostellae. « Praeterea S. Congregatio Indulgencis Sacrisque Reliquis praeposita in comitiis generalibus, habitis die 31 Martii 1856, decreto suo declaravit supra-

dictas Indulgentias septem Urbis Basilicarum, Portiunculae, Jerusalem et S. Jacobi Compostellae *toties quoties* acquiri posse, et quocumque loco preces fundent, servato decreto S. Congr. Indulg. die 7 Martii 1678 approbato ab Innocentio XI, quod incipit *Delature saepius*, neque oportere alias preces addere, ac Sacramentorum Poenitentiae et Eucharistiae suspicionem praemittere, sed sufficere sex tatum *Pater*, *Ave*, et *Gloria* recitari, uti supra, easque applicabiles etiam esse animabus in Purgatorio degentibus. Quod quidem decretum Pius PP. IX S. M. die 14 Aprilis ejusdem anni 1856 benigne approbavit ».

Procul dubio igitur est, habentes scapulare Immaculatae Conceptionis, quoties recitent *sex Pater*, *Ave* et *Gloria*, ad eos assequendos fines, de quibus facta nuper mentio est, lucrari omnes Indulgentias (*Septem Basilicarum*) Urbis, Locorum Sanctorum in urbe Jerusalem, Portiunculae, et S. Jacobi Compostellae, exceptis illis, quae adnectuntur Stationibus singulis Urbis proprio die, et quae semel die comparantur.

Quinam autem est Numerus, et quot sunt istae Indulgentiae ?

Sanctus Alphonsus plenarian usque ad 535 enumerat: temporarias innumerabiles dicit.

Nobis impossibile est, singulas enucleando, numerum ad unquem decernere, eo magis quia, deperditis titulis vetustissimis quoad Loca saneta, nulli fas est, numerum diligentissime adipisci. Hoc unum tamen in medio est, et cuique exploratum, uberrimas gratias, et magnitudine ingentes, et multitudine innumerabiles S. Sedem concessisse Indulgentias singulis Sanctissimis Locis, ad quae tot peregrinorum millia quotidie confluabant. Quid erit igitur si t

Indulgentiae in tot loca distributae veluti congerantur in fascem, et uni scapulari Immaculatae Conceptionis imponantur atque addicantur?

Jure igitur concludimus asserentes maximum Indulgentiarum Thesaurum facillime comparandum suser omnes et praे omnibus esse apud Scapulare Immaculatae Conceptionis adnexum recitationi sex *Pater, Ave et Gloria* ad bonum eorum, qui et hujusmodi Scapulare ferant et in ea recitatione vertentur.

NONNULLA MEMORATU DIGNA

1. Ut facilius Romam mitti possint nomina adscriptorum ad habitum coeruleum, impressa sunt authenticæ alba (vulgo: *registri*), in quibus sacerdotes facultatem habentes ea scribere queant. Haec alba peti possunt ad Secretariam Generalem Patrum Theatinorum (solvendo cent. 50 pro expensis), et quoniam impleta fuerint, iterum mitti debent Romam, Patri Generali Theatinorum ad S. Andream de Valle, in Archivio Archisodalitatis asservanda.

2. Si alicubi erienda sit sodalitas ab Immaculata Conceptione, petatur ab Episcopo proprio decretum institutionis canonicae, tenoris sequentis:

N. N. EPISCOPUS ETC.

- Quum propter demandatum Nobis munus, ad angendam Christifidelium pietatem, ac ad spirituale eorum bonum, qui Nostris pastoralibus curis concredit sunt, procurandum, quantum in Domino possumus, animum intendamus, praesentium literarum tenore, ad tramites Sacrorum Canonum et

« Synodalium huius Nostræ Dioecesis Constitutionum,
« sine Episcopaliū et Parochialium iurium præiu-
« dicio IN ECCLESIA SANCTI N. CIVITATIS N. piam so-
« dalitatem ab Immaculata Conceptione B. M. V.
« Genitricis Dei canonice erigimus et instituimus.
« Eamque, ita erectam et institutam, Primariae Ar-
« chisodalitati eiusdem Nominis Romæ in Ecclesia
« S. Andreæ Apostoli de Valle existenti aggregari
« permittimus ». Datum.....

Exemplar authenticum hujus decreti mittatur Ro-
manum, ad Rm Patrem Generalem Theatinorum ad
S. Andream de Valle. Pater Generalis tradet (pra-
via eleemosyna 10 libellarum pro expensis) diploma
aggregationis. Vigore hujus aggregationis conceditur
Moderatori sodalitatis:

a) Facultas in perpetuum benedicendi scapularia et
coronulas quae ab Immaculata Conceptione nuncian-
tuntur.

b) Impertiendi adscriptis Indulgentiam plenariam in
articulo mortis, vel (si fuerit legitime impeditus) de-
legandi ad id alium sacerdotem.

c) Ius tenendi proprio commodo album adscripto-
rum, ac proinde cessatio obligationis mitendi nomina
ad Archivium Generale Romanum.

d) Omnibus autem sociis participatio Indulgentiarum
et Privilegiorum Archisodalitatis existentis in Ecclesia
S. Andreæ de Valle in Urbe, quam Primariam pro-
clamavit SS. D. N. Leo Papa XIII per Breve diei
18 Septembris 1894.


FORMULA INSCRIPTIONIS IN SODALITATE

Domin

acceptit habitum coeruleum et adscript fuit Sodalitati ab Immaculata Concepcione B. V. Mariae Matris Dei cum participatione indulgentiarum et gratiarum spiritualium, quas concesserunt Summi Pontifices Gregorius XVI, Pius IX, et novissime Ss. D. N. Leo PP. XIII (Brevibus 6 Julii et 18 Septembris 1894) Archisodalitati Primariae existenti ad S. Andream de Valle PP. Theatinorum Romae.

die

Moderator



UNIVERSIDAD AUTÓNOMA

DIRECCIÓN GENERAL DE

DOCUMENTA

QUAE AD CONFRATERNITATEM B. M. V. IMMACULATAE
REFERUNTUR

Lucidus Maria, Miseratione Divina Episcopus Alba-nensis, S. R. E. Cardinalis Parocchi, SSmi Dni Nri Papae Vicarius Generalis, Romanae Curiae eiusque Districtus Judex Ordinarius.

Confraternitatem Immaculatae Conceptionis Beatisimae Mariae Virginis, Matris Dei, Nos potestate nostra ordinaria erigimus in Ecclesia S. Andreae de Valle PP. Theatinorum et canonice erectam esse pronuntiamus, ejusque Constitutionem septem infrascriptis articulis consignatam adprobamus.

STATUTA

- I. — Sequens Confraternitati Nomen esto: = Confraternitas Immaculatae Conceptionis B. M. Virginis, Matris Dei, in Ecclesia S. Andreae de Valle PP. Theatinorum; Romae. =
- II. — Confraternitati propositum praescriptumque est, quasi scopus, Immaculatae Conceptionis et Divinae Maternitatis in B. M. V. privilegium honorare.
- III. — Utriusque sexus Cristifideles in Confraternitatis numero habentur.
- IV. — Aggregantur autem Benedictione et impositione Scapularis coerulei, Traditione (*si comode fieri potest*) parvae coronulae, cui ab Immaculata Conceptione nomen est, demum Inscriptione nominis in Albo Confraternitatis.
- V. — Confratres et Consorores ad Ecclesiam S. Andreae de Valle accedant, Divinis Mysteriis

Sacrisque Solemnibus adstantes, quae duodecim praecedentibus Sabbatis, itemque die Festo Immaculatae Conceptionis, nempe die 8 Decembris a primis ad secundas Vesperas, celebrantur.

VI. — In eadem Ecclesia pariter sint tum tribus Sabbatis praecedentibus, tum die Festo B. M. V. ab Angelo Annuntiatae, nempe 25^a die Mensis Martii.

VII. — Spiritualis Directio tota est in R. mo P. Generali (pro tempore), sive in alio R. ndo P. Theatino, cui R. mus P. Generalis munus fungendum, quoad ipse voluerit, tradiderit.

Datum Romae ex aed. Vicariatus die 21 Maii 1894.

L.  S. L. M. CARD. VICARIUS.

PETRUS Can. CHECCHI, *Secret.*

LEO PAPA XIII.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Quum sicuti accepimus in Nostrae Aliae huius Urbis Ecclesia S. Andreæ Apostoli, vulgo della Valle nuncupata, quae ad Clericos Regulares Congregationis Theatinorum pertinet, pia quaedam ac devota Christifidelium Confraternitas sub titulo Immaculatae Deiparae Virginis Conceptionis canonice erecta existat cuius sodales quamplurima pietatis et charitatis opera exercere consueverint seu intendant; Nos, quo huiusmodi Consociatio maiora in dies suscipiat incrementa, de Omnipotentis Dei misericordia ac BB. Petri, et Pauli, Apostolorum Eius, Auctoritate confisi, omnibus predictæ Confraternitatis sodalibus, qui eamdem Sodalitatem in posterum ingre-

dientur, die primo eorum ingressus, vel uno ex septem diebus continuis immediate sequentibus ad eorum arbitrium eligendo, si vere poenitentes et confessi SS. m. Eucharistiae Sacramentum sumpserint, **Plenariam**; ac tam descriptis, quam pro tempore in dicta Confraternitate describendis sodalibus, qui vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti præfatam Ecclesiam S. Andreæ quolibet e duobus sabbatis festivitatem Immaculatae Deiparae Virginis Conceptionis praecedentibus, nec non festivitatibus **Conceptionis, Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis et Assumptionis B. Mariae Virginis Immaculatae** vel uno quo cuique libeat e septem diebus continuis immediate respective subsequentibus singulis annis devote visitaverint, ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quo die praefatorum id egerint, **plenariam** similiter omnium peccatorum suorum **indulgentiam** et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Praeterea iisdem memoratae Confraternitatis sodalibus, qui corde saltem contriti quocumque **triūm sabbatorum** festivitatem B. M. V. Annuntiationis praecedentium, vel dies festos **Presentationis ac Visitationis eiusdem Deiparae Virginis** supradictam Ecclesiam visitaverint, atque, ut præfertur, oraverint, **septem annos totidemque quadrennas** de iniunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiae consueta relaxamus. Quas omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones ac poenitentiarum relaxations etiam animabus Christifidelium, quae Deo in charitate coniunctae ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicari posse indulgimus. In contrarium facientibus non

obstantibus quibuscumque. Praesentibus in perpetuum valitatis. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die vi Julii MDCCLXIV. Pontificatus Nostri. Anno Decimoseptimo.

Pro Domino CARD. DE RUGGIERO

NICOLAUS MARINI, Sub.

LEO PAPA XIII.

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Cum nihil antiquius sit Nobis quam ut Deiparae Virginis cultus et honor magis magisque in dies augeatur, ita propenso accepimus animo piam Sodalitatem ab **Immaculata Concepcione B. M. V. Genitricis Dei** iam in Ecclesia S. Andreae, vulgo della Valle, huius Almae Urbis Nostrae canonice erectam, et per Nos compluribus indulgentiis ditatam, adeo crevisse, ut aliae hujusmodi Consociationes desiderium ubique ostenderint, se ad illam aggregandi. Quacum i ta sint, votis precibusque dilecti filii Fracisci de Paula Ragonesi Praepositi Generalis Clericorum Regularium Theatinorum nuncup. annuentes, praedictum Sodalitium honoribus ac privilegiis in uberius animarum bonum exornandum censuimus. Quare omnes et singulos, quibus Nostrae hae litterae favent, a quibusvis excommunicationis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris et poenis quovis modo vel quavis de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutos fore cententes, Auctoritate Nostra Apostolica memoratam Sodalitatem, in Ecclesia S. Andreae della Valle Nosstrae huius Almae Urbis existentem, in Archisodalitatem cum solitis privilegiis perpetuam in modum eri-

gimus atque instituimus. Archisodalitatis autem sic erectae officialibus et sodalibus praesentibus ac futuris, ut ipsi alias quascumque Sodalitates eiusdem nominis atque istituti ubique terrarum existentes, servatis tamen forma Constitutionis Clementis PP. VIII Praedecessoris Nostri, aliquo Apostolicis Ordinationibus desuper editis, aggregare, illisque omnes et singulas indulgentias, peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxations, ceterasque spirituales gratias ipsi sodalitati, ita in Archisodalitatem a Nobis erectas a S. sede Apostolica concessas et aliis communicabiles, communicare licite possint ac valeant, eadem auctoritate Nostra harum litterarum vi perpetuo item concedimus ac largimur. Decernentes has Nostras litteras firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illisque, ad quos spectat et spectare poterit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sive in praemissis per quoscumque iudices ordinarios et delegatos iudicari et definiri, debere, atque irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis, et quatenus opus sit praefatae Confraternitatis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die xviii Septembris MDCCLXIV Pontificatus Nostri Anno Decimoseptimo.

C. Card. DE RUGGIERO.

Precationes infrascriptas S. Andreas Avellinus compositus, qui earumdem recitationem commendans sic adloquebatur: > scio hominem (erat et ipse) qui, dum eas recitaret, videbat ab Angelo singulas salutationes Virgini Beatissimae offerri quae de huiusmodi obsequio summopere oblectabatur. Et adiecebat certus sis, frater, te per has preces facilius gratias omnes impetraturum, et magnum ab eadem Beatissima Vergine in hora exitus tui auxilium promereri. >

PIUS PAPA IX, fel. rec. per Breve diei 26 junii 1860 concessit omnibus et singulis utriusque sexus Cristifidelibus quotidie has precationes quocumque idiomate, corde saltem contrito, devote recitantibus, indulgentiam trecentorum dierum, et plenariam, si eas quotidie integro mense devote recitaverint, dummodo (uno dicti mensis die uniuscunque Christifidelis arbitrio sibi eligendo) vere poenitentes et confessi, ac S. Comunione refecti aliquam Ecclesiam vel aliquid Oratorium visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint: quae indulgentiae applicari etiam possunt animabus in purgatorio degentibus.

PRECATIONES

IN HONOREM DUODECIM PRIVILEGIORUM BMAE V. MARIAE
A S. ANDREA AVELLINO C.R. EXARATAE

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.
¶. Deus in adjutorium meum intende.
¶. Domine ad adjuvandum me festina.
Gloria Patri. Sicut erat.
1. Te salutamus, purissima ac sanctissima Mater

Jesu, teque humiliter deprecamur per tuam Praedestinationem, qua Mater Dei electa es ab aeterno; per tuam Immaculatam Conceptionem, qua maculae originalis peccati immunis fuisti; per tuam plenissimam animi demissionem, qua te perpetuo ad Dei voluntatem informasti; per tuam denique perfectissimam sanctitatem, qua toto vitae curriculo nunquam mendam ullam admisisti, ut pro nobis apud Deum patronafias, quo peccatorum nostrorum multitudinem deleat, quae irae divinae causa extitere. Tuque, Pater omnipotens, per istorum privilegiorum merita, dilectissimae Filiae tuae preces exaudi, nobisque clientibus ejus clementer ignosce. Parce Domine, parce populo tuo.

1 Pater, 4 Ave, 1 Gloria.

¶. Per Sanctam Immaculatam Conceptionem tuam, libera nos, Gloriosa Virgo Maria.

2. Te salutamus, purissima ac sanctissima Mater Jesu, teque humiliter deprecamur per tuam sanctissimam Annuntiationem, qua in sinu tuo Verbum Divinum concepisti; per tuum felicissimum Partum, in quo nullum dolorem passa es. per tuam perpetuam Virginitatem, quam Matris foecunditati junxisti; per acerbum denique Martyrium tuum in morte Redemptoris nostri, ut fias conciliatrix, quo pretiosi Sanguinis Filii tui fructum experiamur. Tuque, Dei Fili, per istorum privilegiorum merita dilectissimae Matris tuae preces exaudi, nobisque clientibus ejus clementer ignosce. Parce Domine, parce populo tuo.

1 Pater, 4 Ave, 1 Gloria.

¶. Per Sanctam Immaculatam Conceptionem tuam, libera nos, Gloriosa Virgo Maria.

3. Te salutamus, purissima ac Sanctissima Mater Jesu, teque humiliter deprecamur per Gaudia cordis tui in Resurrectione et Ascensione Jesu Christi; per

Precationes infrascriptas S. Andreas Avellinus compositus, qui earumdem recitationem commendans sic adloquebatur: > scio hominem (erat et ipse) qui, dum eas recitaret, videbat ab Angelo singulas salutationes Virgini Beatissimae offerri quae de huiusmodi obsequio summopere oblectabatur. Et adiecebat certus sis, frater, te per has preces facilius gratias omnes impetraturum, et magnum ab eadem Beatissima Vergine in hora exitus tui auxilium promereri. >

PIUS PAPA IX, fel. rec. per Breve diei 26 junii 1860 concessit omnibus et singulis utriusque sexus Cristifidelibus quotidie has precationes quocumque idiomate, corde saltem contrito, devote recitantibus, indulgentiam trecentorum dierum, et plenariam, si eas quotidie integro mense devote recitaverint, dummodo (uno dicti mensis die uniuscunque Christifidelis arbitrio sibi eligendo) vere poenitentes et confessi, ac S. Comunione refecti aliquam Ecclesiam vel aliquid Oratorium visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effuderint: quae indulgentiae applicari etiam possunt animabus in purgatorio degentibus.

PRECATIONES

IN HONOREM DUODECIM PRIVILEGIORUM BMAE V. MARIAE
A S. ANDREA AVELLINO C.R. EXARATAE

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.
¶. Deus in adjutorium meum intende.
¶. Domine ad adjuvandum me festina.
Gloria Patri. Sicut erat.
1. Te salutamus, purissima ac sanctissima Mater

Jesu, teque humiliter deprecamur per tuam Praedestinationem, qua Mater Dei electa es ab aeterno; per tuam Immaculatam Conceptionem, qua maculae originalis peccati immunis fuisti; per tuam plenissimam animi demissionem, qua te perpetuo ad Dei voluntatem informasti; per tuam denique perfectissimam sanctitatem, qua toto vitae curriculo nunquam mendam ullam admisisti, ut pro nobis apud Deum patronafias, quo peccatorum nostrorum multitudinem deleat, quae irae divinae causa extitere. Tuque, Pater omnipotens, per istorum privilegiorum merita, dilectissimae Filiae tuae preces exaudi, nobisque clientibus ejus clementer ignosce. Parce Domine, parce populo tuo.

1 Pater, 4 Ave, 1 Gloria.

¶. Per Sanctam Immaculatam Conceptionem tuam, libera nos, Gloriosa Virgo Maria.

2. Te salutamus, purissima ac sanctissima Mater Jesu, teque humiliter deprecamur per tuam sanctissimam Annuntiationem, qua in sinu tuo Verbum Divinum concepisti; per tuum felicissimum Partum, in quo nullum dolorem passa es. per tuam perpetuam Virginitatem, quam Matris foecunditati junxisti; per acerbum denique Martyrium tuum in morte Redemptoris nostri, ut fias conciliatrix, quo pretiosi Sanguinis Filii tui fructum experiamur. Tuque, Dei Fili, per istorum privilegiorum merita dilectissimae Matris tuae preces exaudi, nobisque clientibus ejus clementer ignosce. Parce Domine, parce populo tuo.

1 Pater, 4 Ave, 1 Gloria.

¶. Per Sanctam Immaculatam Conceptionem tuam, libera nos, Gloriosa Virgo Maria.

3. Te salutamus, purissima ac Sanctissima Mater Jesu, teque humiliter deprecamur per Gaudia cordis tui in Resurrectione et Ascensione Jesu Christi; per

tnam in coelum Assumptionem super omnes angelorum choros; per gloriam quam tibi Deus impertitus est, quo omnium sanctorum Regina fieres; per illam denique validissimam Potentiam quidquid placeat impetrandi, ut nobis veram erga Deum caritatem obtineas. Tuque, Sancte Spiritus, per isterum privilegiorum merita dilectissimae Sponsae tuae preecessa exaudi, nobisque clementibus eius clementer ignosce. Parce Domine, parce populo tuo.

1 Pater, 4 Ave, 1 Gloria.

¶. Per Sanctam Immaculatam Conceptionem tuam libera nos, Gloriosa Virgo Maria.

Hic, si placet, recitari possunt Litaniae Lauretanae ad lucrandam aliam ind. 300 dierum (Decret. Pii VII, 30 sept. 1814), et postea dicatur:

Ant. Conceptio tua, Dei Genitrix Virgo, gaudium annuntiavit universo mundo; ex Te enim ortus est Sol justitiae Christus Deus noster, qui solvens maledictionem dedit benedictionem, et confundens mortem donavit nobis vitam sempiternam.

¶. In Conceptione tua, Virgo Maria, Immaculata fuisti.

¶. Ora pro nobis Patrem, cuius Filium Jesum de Spiritu Sancto conceptum peperisti. (1)

Oremus. Deus misericordiae, Deus pietatis, Deus indulgentiae, qui misertus es super afflictionem populi tui, et dixisti angelo percutienti populum tuum: «*contine manum tuam*», ob amorem illius Matris Gloriosae, cuius ubera pretiosa, contra venena nostrorum delictorum, dulciter suxisti; praesta auxilium gratiae tuae, ut ab omni malo secure liberemur, et a totius perditionis incursu misericorditer salvemur. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

(1). Indulg. 100 dier. Pius VI Rescr. 21 Nov. 1793

PRECATIONES BREVIORES.

Preces, quae sequuntur, licet breviores, Pius PP. IX per Breve diei 22 Junii 1855 iisdem Indulgentiis ditavit, nempe:

I. Indulgentia 300 dierum pro unaquaque vice.

II. Indulg. plenaria semel in mense. Sub iisdem conditionibus.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

¶. Deus in adjutorium meum intende.

¶. Domine ad adjuvandum me festina.

Gloria Patri. Sicut erat.

1. Benedicta sit Sancta et Immaculata Conceptio Beatae Virginis Mariae Matris Dei.

1 Pater, 4 Ave, 1 Gloria.

2. Benedicta sit Sancta et Immaculata Conceptio Beatae Virginis Mariae Matris Dei.

1 Pater, 4 Ave 1 Gloria.

3. Benedicta sit Sancta et Immaculata Conceptio Beatae Virginis Mariae Matris Dei.

1 Pater, 4 Ave 1 Gloria.

INDULGENTIAE CORONULIS ADNEXAE

Vigore literarum in forma Breviis SS. D. N. Leonis PP. XIII die 9 Aprilis 1894, utentes parvis coronulis, quae de Conceptione nuncupantur, Indulgencias lucrificiunt supradictis precationibus brevioribus adnexas quin adjicere opus sit ullam precum recitationem, sed tantum sufficit recitare duodecies salutationem angelicam cum tribus: *Pater et Gloria.*

CATALOGUS *sacerarum indulgentiarum, quibus fruantur Cristifideles parvum coeruleum Scapulare in honorem Immaculatae Conceptionis B. Mariae Virginis, a Clericis Regularibus Congregationis Thetatinæ, vel ab aliis sacerdotibus facultatem habentibus benedictum gestantes, quas fel. rec.* GREGORIUS PAPA XVI *decreto S. Congregationis, Indulgentiis sacramque Reliquis praepositae, die 12 Julii 1845 probavit et confirmavit; quasque PIUS PAPA IX s. m. die septima Junii 1850, etiam animabus in purgatorio existentibus suffragari posse declaravit,*

INDULGENTIAE PLENARIAE

- Die qua quis sacro induitur Scapulari.
Si adscriptus ordinetur sacerdos, cum primam Missam celebret.
In articulo mortis.
Cum spiritualia exercitia peraguntur, *semel in anno*.
Prima cujuslibet mensis dominica die.
Singulis sabatis quadragesimæ.
Dominica die et feria sexta hebdomadae passionis.
Feria quarta, quinta et sexta hebdomadae majoris.
Solemnitatibus Nativitatis, Epiphaniae, Paschatis,
Ascensionis Domini Nostri Jesu Christi, Pentecostes et SS. mae Trinitatis.
Festis Conceptionis Immaculatae, Nativitatis, Purificationis, Annuntiationis et Assumptionis Beatae Mariae Virginis.
Die. 19 Martii. Transitus S. Josephi Sponsi B. Mariae Virginis.
Die. 24 Martii. Celebratur festum B. Josephi Mariae Card. Thomasii Conf. Clerici Regularis.
Die 3 Maii. Inventionis S. Crucis D. N. J. C.

- Die. 17 Junii. Celebratur Festum B. Pauli Buralis Ep. Card. de Aretio Conf. Clerici Regularis.
Die. 24 Junii. Nativitatis S. Joannis Baptiste.
Die. 29 Junii. SS. Apostolorum Petri et Pauli.
Ultima die dominica mensis Julii.
Die. 2 Augusti. B. Virg. Mariae Angelorum vulgo *della porziuncula*.
Die. 7 Augusti. S. Cajetani Thienaei C. Clericatus Regularis Patriarchæ.
Die. 28 Aug. S. Augustini E. et D.
Die. 14 Septembris. Exaltationis S. Crucis, qua die Congregatio Clericorum Regularium initium sumpsit. (anno 1524)
Die 29 Sept. S. Michaelis Arcangeli
Die 2 Oct. SS. Angelorum Custodum.
Die. 15 Oct. S. Theresiae Virginis.
Die. 1 Nov. Omnia Sanctorum.
Die. 10 Nov. S. Andreae Avellini Confessoris Clerici Regularis.
Die. 14 Dec. Celebratur festum B. Joannis Marinonii Conf. Clerici Regularis.
Prima et ultima die novendialium Nativitatis D. N. J. C.
In expositione SS. Sacramenti per horas quadraginta *semel in anno*
Quotidiana *semel in anno* acquirenda
Semel in anno, die a P. Praeposito Generali Clericorum Regularium statuenda (1)

(1) Statuit a P. Praeposito Generali dies 12 Aprilis Anniversaria Canonizationis S. Cajetani.

ALIAE INDULGENTIAE

Indulgentiae Stationum Ecclesiarum Urbis, ut videre est in Missali romano, dummodo quis adeat Ecclesiam Clericorum Regularium Congregationis Theatinae, ibique oret (1)

Indulgentiae septem Basilicarum Urbis bis in mense dummodo oretur ante septem Altaria in dicta Ecclesia Clericorum Regularium. (1)

Indulgentiae, quae inercent qui visitant S. Sepulcrum et Terram Sanctam Palestinae bis in mense orantes in eadem Ecclesia (1)

Insuper si quis recitet sex Pater Ave et Gloria in honorem SSmae Trinitatis et B. Mariae Virginis sine labe conceptae, orans, ut dignetur Deus sanctam Ecclesiam catholicam triumphis quotidie augere, haereses extinguere, pacem et concordiam inter christianos principes fovere, universas sibi comparat indulgentias septem Urbis Basilicarum, Portiunculae, Jerusalem, et Sancti Jacobi Compostellae.

Praeterea S. Congregatio Indulgentiis sacrisque reliquis praeposta in Comitiis Generalibus, habitis die 31 Martii 1856, decreto suo declaravit, supradictas indulgentias septem Urbis Basilicarum, Portiunculae, Jerusalem et S. Jacobi Compostellae quoties acquiri posse, et quo cumque loco preces fundantur, servato decreto Sacrae Congregationis Indulgentiarum die 7 Martii 1678 approbato ab Innocentio XI, quod incipit « Delatae saepius » (2); neque oportere alias

(1) Vide pag. 39 v. Denique.

(2) Iuxta memoratum Decretum Indulgentia Plenaria pro vivis concessa in diem certum, ab Ecclesiis locumque visitantibus non acquiritur nisi semel in die.

preces addere, ac sacramentorum poenitentiae et eucharistiae susceptionem praemittere, et sufficere sex tantum Pater, Ave et Gloria recitare ut supra, easque applicabiles etiam esse animabus in purgatorio degentibus. Quod quidem decretum PIUS PAPA IX s. m. die 14 Aprilis ejusdem anni 1856 benigne approbavit.

IX ANNORUM. Quando quis horae dimidio animam sacris meditationibus exercet.

XX ANNORUM. Quando quis infirmos invisit, et eos corporaliter vel spiritualiter aliquo modo coadiuvet; aut, si impediatur, pro eis recitet 5 Pater, Ave et Gloria.

» In octavis festorum Domini.

» In festis Sanctorum ex Ordinibus Regularibus Eremitarum S. Augustini, Praedicatorum, Carmelitarum, SS.mae Trinitatis, Redemptionis captivorum, et Servorum B. Mariae Virginis.

VII ANNORUM ET TOTIDEM QUADRAGENARUM. In ceteris festis minoribus B. Mariae Virginis.

» Quoties ad poenitentiae et eucharistiae Sacramenta accedatur.

» Quando quis SS. Sacramentum, quod ad infirmos defertur comitetur.

» Si 7 Pater, Ave, et Gloria pro infirmo, qui sacram recepit eucharistiam, recitentur.

» Singulis anni festis, in quibus plenaria indulgentia conceditur, dummodo Ecclesia Clericorum Regularium Congregationis Theatinae visitetur, quin opus sit ut poenitentiae et Eucharistiae sacramenta suscipiantur. (vide infr. v. - Denique).

» Qualibet die ad vesperas si Salve Regina recitetur, ac pro Ecclesiae necessitatibus precatio-

nes fundantur.

- » A dominica die septuagesimae ad diem dominicam palmarum *semel in die*, dummodo sacra eucharistia sumatar, et 7 *Pater, Ave, et Gloria* pro Ecclesiae necessitatibus dicantur.
- » Festis Inventionis et Exaltationis S. Crucis, si qua eleemosyna impendatur.
- » Tribus feriis sextis cuiusque mensis, si ad sacram synaxim accedatur.
- » Septem diebus novennialium Nativitatis D. N. J. C.
- » Qualibet feria secunda visitando Sanctissimum eucharistiae Sacramentum.

V ANNORUM ET TOTIDEM QUADRAGENARUM. Qualibet die, qui visitat Ecclesiam Clericorum Regularium Theatinorum, atque etiam aliam Ecclesiam, recitans 5 *Pater, Ave et Gloria*.

DIERUM. Qualibet die Octavae Pentecostes, 300.

- » Si Dei verbum audiatur, 200.
- » Si quid pietatis opus peragatur, 60.
- » Si sacra Jesu et Mariae nomina devote invocantur, 50.
- » Si *Pater, Ave et Gloria* recitetur pro vivis et defunctis in quacumque Ecclesia, 50.

Insuper quoties Missae sacrificium pro aliquo defunto celebratur, qui sacrum rito benedictum gestaverit scapulare coeruleum, altare, in quo illud Deo offertur, tamquam *privilegium* habetur.

Denique f. r. PIUS PAPA IX, sub die 3 Decembris 1847, praedictum scapulare gestantibus concessit pariter, ut iis in locis, in quibus deest Ecclesia Clericorum Regularium, quam ad lucandas quasdam ex supradictis indulgentiis adire, ibique orare deberent, aliam Ecclesiam, in qua tamen aliud adsit altare B. Mariae Virginis, substituere valeant.

Sacra Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita praesens Summarium uti authenticum recognovit typisque imprimi ac publicari posse permisit. In quorun fidem etc.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis die 26 Augusti 1882.

FRANCIS^{CO} DELLA VOLPE SECRETARIUS

RERUM INDEX

Diploma	Pag. 3
Monitum pro duabus cappellaniis erigendis >	6
Ritus benedicendi et imponendi Scapulare >	7
Formula ad Indulgentiam plen. in art. mortis >	9
Schedula pro Jejunio perpetuo >	10
Brevis historia S. Scapularis >	11
Omnium indulgentiarum pleniarum quae in adnexo catalogo continentur absoluta demonstratio >	16
Nonnulla memorata digna pro Episcopis et adscriptionibus in confraternitate . . . >	22
Formula inscriptionis in sodalitate . . . >	24
Documenta quae ad confraternitatem referuntur >	25
Precationes a S. Andrea Avellino exaratae >	30
Precationes breviores >	33
Indulgentiae coronulis adnexae. >	33
Indulgentiarum catalogus . . . >	34



UAN

DAD AUTÓNOMA DE NUEV
CCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECA